

## 119.

**Markgraf Heinrich von Meißen beurkundet, daß Abt Eberhard und der Konvent von Altzelle 10 Hufen, eine Wiese und ein Wirtshaus in Ostrau von den Brüdern Bernhard, Konrad und Reinhard von Strehla gekauft haben.**

1241 März 19, Meißen \* 1241 Juli 29, Döbeln

*Original: Dresden, SächsHStA, OU. 364 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 38,4–38,9 cm breit, 42,4 cm hoch, Plica 3,2–3,6 cm — Besiegung: SP. Markgraf Heinrichs von Meißen, Typar 2 (im Jahr 2002 aus zwei großen und zahlreichen kleinen bis winzigen Bruchstücken restauriert), an roten, weißen, grünen und braunen Seidenfäden; rund, Durchmesser ca. 8,1 cm (Posse, SW I, S. 13 und Taf. III/5; Schieckel, Pertinenz, Taf. I).*

*Edition: —*

*Regest: Horn, Handbibliothek VIII, S. 859 — Beyer, Altzelle, S. 542 f., Nr. 93 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae III, S. 163, Nr. 959; S. 166, Nr. 982 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 130, Nr. 452.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS AMEN. HEINRICVS<sup>a)</sup> dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus in perpetuum. | Longinquitate temporis sepe fit, quod originis conditio non sit patens, propter quod decet, expedit et oportet, ut in scriptis uniuscuiusque contractus conditio | redigatur, et si eum aliquis calumpniose voluerit infringere vel mutare vel in totum etiam absorbere, ne prevaleat falsitas et veritas opprimatur, ostendatur | manifestissime per scriptum autenticum, quod rectum habuerit initium et quod nec sit nec fuerit viciosus in aliqua parte sui, sed quod ad perfectionem sui nichil de | omnibus sit omissum, que in contractibus ius docet fieri et etiam approbata hominum consuetudo. Inde siquidem est, quod notum esse volumus universis, ad quorum | noticiam pervenerit vel perlatum fuerit presens scriptum, quod in Christo venerabilis vir Everhardus abbas sancte Marie in Cella et eiusdem loci conventus laudabilis pro eo, | ut possessiones sui monasterii ampliarent, quo possent pluribus sufficere, cum res eiusdem per hospitalitatis gratiam omnibus sint communes, erga nobiles | viros fratres de Ztrele videlicet Bernhardvm, C̄vnradam et Reinhardvm in villa Oztrowe<sup>b)</sup> decem mansos solventes annis singulis decem marcas, | insuper pratum solvens unum fertonem et unam tabernam, que unam et dimidiam marcam solvit, preterea fructum omnem, usum et utilitatem, quam de eisdem decem | mansis, taberna et prato habebant et habere poterant in futuro, pro ducentis marcis minus uno fertone emptionis titulo compararunt; propter quod C̄vnradv̄s | et Reinhardus tercio fratre ipsorum Bernhardo scilicet se non per malitiam absentante Misne ad nostram presentiam accedentes in manus nostras iam dictos decem mansos, | pratum etiam et tabernam cum omni utilitate, que inest, inerat et inesse poterat, resignarunt, ab omni proprietate et dominio, quod in predictis bonis habuerant, | plenarie recedentes. Sane postmodum

119. a) Die Angabe bei Posse, *Privaturkunden*, S. 97, Anm. 5, daß HEINRICVS (nicht HINRICVS, so Posse) – als Zeichen der Ausstellererkennung – mit dunklerer Tinte nachgetragen wurde, ist unzutreffend; die Schäfte, Balken und Bögen sind lediglich mit Tinte verstärkt und darüber hinaus mit Zierelementen versehen worden, um den Ausstellernamen graphisch hervorzuheben A.

b) o von erster Hand mit derselben Tinte zu r korrigiert A.